



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De imagine & similitudine, ad quam factus est homo. C. D

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

Quod imago & similitudo hic à diue-
sis accipitur variè: à
quibusdam increata, & ab alijs creata & increa-
ta, vel essentia Trinitatis, vel pater, vel filius
vel spiritus sanctus. E

*Beda super
Gen. & gl.
ord. ad il-
lud Gen. 1.
Faciamus
hominem.*

Imago autē & similitudo in hoc loco vel increa-
ta intelligitur, i. Trinitatis essentia, ad quam factus
est homo, vel creata, in qua factus est homo, & i-
psa homini cōcreata. In creatam imaginē, quę Deus
est, intellexisse videtur Beda cum dicit, nō esse v-
nam imaginē Dei & angelorum, sed trium psona-
rum: & ideo personis nō angelis fit ibi sermo. Im-
ppriè tamē imago dicitur, quia imago relative ad
aliud dicitur, cuius similitudinē gerit, & ad quod
representandum facta est: sicut imago Cæsaris quę
ipsius similitudinē præferebat, ipsum quę quodāmo-
do representabat. Propriè autē imago dicitur ad
id quod aliud fit: sicut exemplum propriè dicitur
quod sumitur ex aliquo, & exemplar ex quo sumi-
tur aliquid. Ponitur tamen & aliquando abusiue
alterum pro altero: ita & minus propriè accipitur
imago essentia Trinitatis, si tamen ea nomine i-
maginis in hoc loco intelligitur.

*Opinio eorum qui putauerunt filium per imaginem,
& similitudinem hic accipi.* C

*Aug. in 7.
lib. de Tri-
ca. 6. ad fi-
nem.
1. Cor. 11. b*

Filius vero propriè imago patris dicitur, sicut
supra in tractatu de Trinitate diximus. Vnde fue-
runt nonnulli, qui ita distinxerunt, ut imaginē in hoc
loco intelligerent filium: hominē vero non ima-
ginē, sed ad imaginē factū dicerent: quos refellit
Apostolus dicēs: Vir quidē est imago, & gloria Dei.
Hęc namque imago, id est, homo cum dicitur fieri
ad imaginem, non quasi ad filium dicitur fieri, a-
lioquin non diceretur ad imaginem nostram.
Quomodo enim nostram diceret, cum filius so-
lius patris imago sit? Fuerunt autem, & alii per-
spicacius hęc tractātes: qui per imaginem filium,
& per similitudinē spiritum sanctum intelligerēt,
quia

*Aliorum
opinio.*

quia similitudo est patris & filii. Et ideo pluraliter putauerunt dici nostram, id referentes ad similitudinē tantum, ad imaginē vero, subintelligendum esse, meam. Hominē vero & imaginē esse, & ad imaginem & similitudinem factum esse tradiderunt: & imaginē imaginis esse, & similitudinis. *Nec horum sententiam approbat sed imaginem & similitudinem Dei in homine querendam, & considerandam docet, vt imago & similitudo creata intelligatur.*

D

Veruntamen hæc distinctio, licet reprobabilis penit⁹ nō videatur, q̄a de medio montium, i. auctoritatib⁹ sanctorum nō manat, cōgruentius in ipso homine imago, & similitudo Dei quærenda est, & cōsideranda. Factus est ergo homo ad imaginem Dei & similitudinem, secundum mētem, qua irrationalibus antecellit: sed ad imaginem, secundum memoriā, intelligētiam, & dilectionē. Ad similitudinē, secundum innocentiam & iustitiam: quæ in mente rationali naturaliter sunt. Vel imago cōsideratur in cogitatione veritatis, similitudo in amore virtutis: vel imago in aliis omnibus, similitudo in essentia: q̄a, & immortalis & indiuisibilis est. Vnde Aug. in lib. de quantitate anime, Anima facta est similis Deo: q̄a immortalitē & indissolubilē fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Fact⁹ est ergo homo secundum animam, ad imaginē & similitudinē nō patris vel filii vel spirit⁹ sancti, sed totius Trinitatis: ita & secundū animam dicitur homo esse imago Dei, quia imago Dei in eo est. Si-
cut imago dicitur & tabula, & pictura q̄ in ea est, sed ppter picturam quę in ea est, simul & tabula & imago appellatur: ita ppter imaginē, Trin. etiā illud, in quo est imago, nomine imaginis vocatur.

Quod homo dicitur imago, & ad imaginem: filius vero imago, non ad imaginem.

Aug. lib. de spiritu & anima ca. 10. ad finem tom. 3.

Cap. 2. to. 1. in princip.

Aug. in 15. l. de Trin. in fine ca. 22.

E

Z 5

QVO-